



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Corpus Doctrinae Christianae

Melanchthon, Philipp

Lipsiae, 1572

VD16 M 2890

Qvae Svnt Signa Ecclesiae propria?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

visibilia esse necesse est. Vt cum dico: Sol est creatura Dei, Non sumus resurcitur, propositiones fide accipiuntur, sed tamen visibilia sunt visibilia. Sic cum dicitur: Ecclesia est populus Dei, pro Deo vere colligit cœtum, cui dat remissionem peccatorum, & salutem, ac salutem æternam. Hæc propositio est articulus fidei, & iudicium, id est homines amplectentes Euangelium, sensu agnoscunt, cum certa signa incurrant in oculos & aures, quæ discernuntur ab alijs hominibus. Non igitur de Ecclesia loquimur, ut de Platonica, sed monstramus Ecclesiam, iuxta dicta: Dic Ecclesia. Hæc necesse est intelligi visibilem Ecclesiam. Item: In omnem terram uenit sonus eorum, &c.

QVÆ SVNT SIGNA Ecclesie propria?

SIGNA non fallacia simul hæc tria sunt.

I. CONSENSVS in doctrina Euangelij incorrupta, scilicet in fundamento. II. LEGITIMVS vsus Sacramentorum. III. OBOEDIENTIA ministerio debita iuxta Euangelium.

AN NECESSE EST, SINGVLOS HOMINES saluandos, fieri ciues veræ Ecclesie?

RESPONDEO. Prorsus necesse est, singulos saluandos in terra esse cum vera Ecclesia, fide, confessione, inuocatione Dei, & voluntate seruandæ Ecclesie, seu coniunctionis in Ecclesia, iuxta dictum: 1. Corinth. 1. Non sint inter uos schismata. Ebræos 10. Non deserentes congregationem uestram. Gal. 1. Si quis aliud Euangelium docet, anathema sit. Psalmo 26. Vnum petij a Domino, hoc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. Psalmo 84. Beati qui habitant in domo tua Domine. Psalmo 91. Plantati in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri, florebut, &c. Romanos 8. Quos vocauit, hos & elegit, &c.

QVÆ RES SVNT NECESSARIÆ ad unitatem Ecclesie?

CONSENSVS in fundamento, videlicet in doctrina Euangelij incorrupta, & in vsu Sacramentorum legitimo, & obedientia debita ministerio, iuxta Euangelium. TESTIMONIA manifesta sunt de doctrina 1. Cor. 3. Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Iesus Christus. Item Gal. 1. Si quis aliud Euangelium docet, anathema sit. De Obedientia, 1. Corinth. 1. Non sint inter vos schismata. Et Ebræos 10. Non deserentes congregationem uestram. Item: Obedite his qui prædicant uobis, scilicet in his, quæ sunt propria ministerij iuxta Euangelium.

SED similitudo rituum, qui sunt ab hominibus instituti, nequaquam necessaria est, ideo contra superstitionem multa restantia